

In Myſterio autem Incarnationis nihil huiusmodi reperitur, quòd Caro aliquando Verbum fuerit, neque amplius Caro ſit: ſed ſcriptura potiùs de humanâ naturâ poſt ipſam etiam unionem, quòd Caro ſit, & Caro maneat, diſſertiſſimè teſtatur.

75. Simpliſſimus proinde & propriiſſimus verborum Evangelicæ, Verbum caro factum eſt, hic fuerit ſenſus: non Trinitatem: ſed λόγος ſive Filium D E I, factum eſſe Carnem, hoc eſt, incarnatum eſſe, ſibi uniendo Carnem: Carnis tamen voce non de parte aliqua naturæ, ſed tota humanitatis ſubſtantiâ intellecta. }

76. Quoad Modum Incarnationis: I. Factam eam eſſe ſtatuímus, non conſueto naturæ ordine, virili aliquo mediante ſemine: ſed Angelo teſte, obūbratione Altiffimæ & virtute Spiritus Sancti: Luc. 1, 35. Qui non διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως τὴν παρ' ἑνὸν ἐγκύμονα κατέχευσε, non per concubitum, ſed per virtutem virginem reddidit gravidam: hoc eſt, non gignendo, ſua mē ſubſtantiā transfundendo, humanā naturam genuit: Qua ratione Patris appellatio ipſi competeret: ſed maſſam carneam B. virginis Mariæ divina ſua virtute ſanctificavit, ex eaque Chriſti Carnem formavit.

Iuſtin.

Apol. 2.

pro Chriſt.

p. 58.

77. II. Hanc maſſam, omnibus partibus Eſſentialibus integram & perfectam, λόγος illo ipſo Conceptionis Mariæ momento, ſſumſiſſe credimus, adeò ut Incarnatio facta ſit, non paulatim, aut mo-

tu